

# FRANCISCUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri **Joanni Evangelistae Pimentel Lavrador**, hactenus Episcopo titulo Lupercianensi atque Auxiliari dioecesis Portugallensis, constituto Coadiutori Cathedralis Sedis Angrensis, salutem et Apostolicam Benedictionem. Gravissimo fungentes munere Supremi Pastoris totius gregis Dominici, considerantes petitionem Excellentissimi Domini Antonii de Sousa Braga, S.C.J., Episcopi Angrensis, qui Praelatum adiutorem in regimine gregis tibi committi enixe postulavit, laborum atque auctoritatis participem, cendemus optime fieri si eidem assignemus Coadiutorem. Quoniamque tu, Venerabilis Frater, debitis ornatus dotibus sacrarumque rerum peritus, videris idoneus ad huiusmodi gerendum munus, de sententia Congregationis pro Episcopis, summa Nostra potestate te, vinculo Sedis titulo Lupercianensis et memorato officio Auxiliaris solutum, Episcopum Coadiutorem **Angrensem** nominamus cunctis propriis cum iuribus, facultatibus et obligationibus. Mandamus insuper ut hae Litterae in notitiam veniant cleri populi que ipsius Sedis: quos dilectos filios hortamur ut te libentes accipiant ac debita reverentia prosequantur. Fac denique, Venerabilis Frater, ut fraternam coniuncturam caritate cum docti Angrensi Pastore, cotidie inibi opereris adhibito maxime bono igne caritatis (cfr S. Ambrosius, in Ps 118, 13, 2: PL 15, 1380), quae inter Christianas virtutes obtinet principatum. Paracliti Spiritus dona, auspice Domina Nostra saltemeni, te iugiter sustineant ac laetificent. Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Septembris, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostris tertio.

Franciscus

Franciscus Pini, Protou-Apot.

